



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Indulgentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

INDIGNATIO.

INDIGNATIO non volentis videre, vel audire eum cui irascitur, communiter est tantum veniale.

* De indignatione. *Vide Tol. de 7. peccat. mort. c. 58.*

* *Calet. vers. Indignatio, Ang. eod. num. 1.*

Indulgentia, vide Absolutio.

INDULGENTIAM etiam sine causa datam valere quidam aiunt: alij non solum iustam causam requiri, sed & indulgentiæ proportionatam. Ego de Indulgentia à Papa data non censeo quidquam dubitandum.

* De Indulgentijs *Nau. con. c. In Leuit. Greg. de Val. t. 4. d. 7. q. 20. Bella. in opus: Sot. in 4. d. 21. Pet. à Sot. Tol. l. 6. à c. 21. Calet. tract. 15.*

* *Vide Vival. de Indulg. numer. 10. Bellar. l. 12. de Indulgent. duo certa putat: primum, Pendencia ex solo Ecclesiæ iure (vt est facultas absoluendi à reseruatis) sine causa concessa rata esse; secundum sine iusta causa non esse ratam concessam Indulgentiam, quoad expiationem reatus poenæ, coram Deo in hac, vel in alia vita. Vide Val. l. c. p. 4.*

Proportionatam *3. ita Bonau. 4. d. 20. q. vlt. Rich. ibid. Aug. de Ancona q. 30. de Papæ potestate. Nana. de Iob. Not. 3. 4. P. à Sot. lect. 2. de Indulgent. Sot. 4. d. 21. q. ar. 2. quã magis communẽ vocat Bellar. l. c.*

l.c. Contraria opinio placet D. Th. Dur. Palud. D. Anto. Turcrem. Syl. & alijs citatis à Bellar. l. c. præcipue Val. P. 4. & q. 7. de Indulg.

2 Indulgentiam non consequitur qui non est in Dei gratia. Etsi quidam putant valere acceptam in peccato Indulgentiam, recedente peccato. Ego puto cum etiam qui pro defuncto accipit Indulgentiam, debere esse in gratia, nisi opus faciat ex persona Ecclesiæ, vt Missam, aut eiusmodi aliud. Qui tamen ex iniuncta pœnitentia, aut aliâs, debet defuncto suffragium: si in peccato soluat, non tenetur iterare. Valere autem indulgentiam, & catechumenò, & excommunicato, si sint in gratia, quidam asserunt.

* Esse in gratia, & opus iniunctum perficere, ad fructum Indulgentiæ consequendum necessaria sunt. *Bellar. l. c. c. 13. Vide Val. l. c. p. 5. & vl. Sufficit autem vltimum opus in gratia perficere. Vial. de Indulg. num. 17. Tol. l. 6. c. 27. Sor. l. c. q. 2. art. 3.*

Ego puto *zita ferè Bella. l. c. c. 14. col. pen. Gab. tamen lect. 57. in can. ni fallor: quem sequitur Tol. l. c. cap. 26 num. 5.*

3 Cum ad Indulgentiam requiritur Confessio, sufficere quidam putât contritionē, cum proposito confitendi tempore debito ex præcepto. Ego non puto: nisi forte in eo qui non potest confiteri.

* *Vide Vin. l. c. nu. 13. Bellar. c. 13. l. c. si bulla exprimat,*

primat, lucraturum Indulgentiam debere intra tot dies confiteri, tunc confessio est opus necessarium: si dicat, concedi Indulgentias poenitentibus, & confessis. tunc negat *Pala. 4. d. 20. q. 4. art. 2. Syl. Indulg. nu. 20.* necessariam esse confessionem ei, qui est in gratia. sed *D. Ant. 1. p. ti. 10. c. 3. Na l. c. not. 18. n. 1. Caie. de Indulgent. c. 10. Bellar. l. c. c. pen. tutius, & probabilius* requirunt confessionem in re.

4 Cum dicitur absolute vt fiat eleemosyna, quidam requirunt summam, quandam cuiusque statui convenientem: ego potius dicerem, cuiusque deuotioni relinqui quantum det, & qui pro se datam ab alio ratam habet, dare censetur. Quod si quis iussit famulum dare, & non dedit, quidam negant consequi indulgentiam: ego id non dixerim.

5 Indulgentia data pro mortis articulo accepta semel expirat, nisi aliud constet de intentione concedentis.

* *Vide Fu. vers. Indulgentia nu. 23.*

6 Cum dicitur, vt visitentur aliquot in Ecclesia altaria, sufficit in ea ad illa se orando conuertere ex eodem loco.

7 Cum datur indulgentia visitanti tali die Ecclesiam, semel tantum illo die dari intelligitur. Quod si est perpetua, aut per multos dies, vt in Iubilæi anno, toties quoties.

8 Anni & dies indulgentiæ intelliguntur de ijs qui in poenitentiam rite possunt iniungi, se-

gi, secundum quosdam : alij de diebus Purgatorij intelligunt, pro quorū paucis hic multi vix sufficiunt.

* Vide *Bellar. l. c. c. 9.* dicentem, nullum hic tam ingens esse debitum, quod hic vna per martyrium hora delere nequeat; pro quo tamē vix multi anni in purgatorio satis essent: quod etiam de excellentissima contitione dici posset.

Pro quorum? *Sol. l. c. q. 2. art. 1.*

An relaxatio pœnæ purgatorij tot dierum respondeat Indulgentiæ tot dierum *Bellar. l. c. c. 23. n. 4.* acerbiores pœnam purgatorij breuiorem esse dicit.

9 Indulgentia non perit morte concedentis, nec ante notitiam reuocationis.

* *Nau. l. c. no. 31. num. 35. Vual. l. c. numer. 29.*

Nec ante? *Syl. l. c. nu. 17. Sol. l. i. q. 1. art. 4.* dicit etiam non suspendi neq; reuocari indulgentias ante promulgationem in Ecclesia Metropolitana, & abolitionem à reseruatīs, ante promulgationem validam esse: quod tamen non placet *Cæsari Boto. li. obseruat. in Iub. pag. 135.*

10 Per Iubilæum solum suspenduntur Indulgentiæ plenariæ. Quoad cætera, cōsulantur Bullæ quibus indicitur Iubilæum.

11 Toto tempore Iubilæi potest quis absolui à reseruatīs, si talis potestas per Iubilæum cōceditur.

12 Iubilæum promulgare Religiosis potest ipsorum Prælatus.

13 Dum dicitur in Iubilæo, vt quisque ante omnia confiteatur; sufficit intra tempus Iubilæi.

14 Si quis durante Iubilæo cœpit Confessionem quam oportet differri longius, potest tunc absolui à reseruatis, & commutari in votis: postea verò ab omnib. absolui, etiam quæ oblitus est, reseruatis.

15 Prædicare indulgentias indiscretas, id est nō iuridicas, aut non verisimiles, mortale est.

16 Potest Episcopus etiam non ordinatus dare indulgentias: itemque Cardinalis: potest verò dare quadraginta dies, & in Ecclesiæ dedicatione vnum annum solum: nec etiam si plures Episcopi tunc adsint, quidquam addere anno possunt pro ea causa. An verò in foro conscientiæ possit dare plures dies, aut annos, & an possit dare defunctis indulgentiam, alij aiunt, alij negāt. Potest verò Episcopus concessionem indulgentiæ Clerico delegare, potest & subdito etiam visitati Ecclesiæ extra Diocesim indulgentiam dare: & cum alij Ecclesiæ dat Indulgentiam, etiam non subditi visitantes illam consequuntur. Denique potest dare nō subdito indulgentiā, de consensu Superioris illius.

*D. Thom. 4. d. 20. q. 1. art. 4. q. 2. Bellar. l. 1. c. 11. docet iurisdictionem in Episcopo suffi-

cere

tere ad indulgentias consequendas, quæ potestas non tollitur per lethale crimen, nisi habeat annexam excommunicationem denuntiata, scilicet vel inflictam ob publicam Clerici percussionem. *Val. l. c. p. 3. col. 2.*

¶ Potest verò & c. *¶ Vide c. cum ex eo c. Nostro c. Indulg. de pen. l. 6. Bellar. l. c. qui dicit, Episcopos hoc posse, accepta à Papa iurisdictione, cum Val. l. c. p. 3. putet ex officio diuino iure. ¶ Potest ¶ Sor. d. 21. q. 1. art. 4. D. Thom. 3. p. q. 26. art. 1. Val. l. c. col. 3.*

17. Indulgētia vitur etiā qui eam concessit.

** Sor. l. c. Nau. de Iob. not. 20. nu. 91. Bellar. l. 1. cit. c. 6. in fi. contra Arch. in cap. Indulgent. de pen. Syl. vers. Indulg. nu. 21.*

18. Cum duo Papæ pro opere aliquo dant viginti dierum indulgentiam; qui illud facit, consequitur 40. indulgentiam.

19. Suffragiorum potissimum Missa, quamquam interdum ratione necessitatis potest multum elemosyna.

Addit. Neque Episcopi, neque alius inferior Papa, potest concedere Indulgentias pro defunctis. *Naua. Not. 22. num. 4. Bellar. l. 1. c. 14. col. pen. Concilium generale posse concedere Indulgentias plenarias, ait Nau. Not. 31. nu. 2. Tol. l. c. c. 25. Sor. l. c. q. 1. art. 4. Sed Bellar. l. c. l. 1. c. 11. col. 2. Negat.*

Quando pro Indulgentijs necessaria est confessio, habentem sola venalia debere ea explicare,

plicare, alij aiunt, alij negant, vide *Vinal. de confess. nu. 33.*

Nulla Indulgentia à culpa vel veniali liberat. *Val. l. c. p. 3. Bellar. l. i. c. 7.* si diploma dicat, A culpa, & à poena, intellige datam facultatem, vt Confessarius à quauis culpa absolue-
re possit. *Ibid.*

Reseruatum crimen patrans, spe Iubilæi, potest per Iubilæum absolui. *Naua. Not. 34. nu. 4. & 6. Cord. q. 37. de Indulg. Bellar. l. c. c. 10. contra D. Ant. p. 1. tit. 10. c. 3.*

Absolutus à seruatis per Iubilæum, si negligat facere alia ad Indulgentias assequendas necessaria, valide absolutus est, *Bellar. l. c. ex communi.*

Omnia iniuncta non perficiens etiam si sit morbo, aut inopia impeditus, non lucratur Indulgentias. *Bellar. l. c. cap. 13. D. Tho. Dm. 4. q. 10.*

Indulgentias pro defunctis prodesse omnibus in communi, & illis magis, qui citius liberandi sunt, docuit *Preposit. m.* teste *D. Th. 4. d. 45. q. 2. art. 4.* sed communis sententia est, communia suffragia omnibus, particularia prodesse illis, quibus applicantur.

Bellar. l. i. c. vlt. in fine.

Infra